

Werk

Titel: De Applausibus Declamatoriis; sive Solenni Actibus Publicis Declamatoriis Apud Ve...

Autor: Karl, Bernhard Peter; Engel, Paul Matthias

Verlag: Wepplingius

Ort: Rostochii

Kollektion: VD17-nova

Gattung: Altertumskunde; Dissertation:phil.

Werk Id: PPN59906157X

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN59906157X|LOG_0004

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=59906157X>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



Περί λου.

Quemadmodum Ethnicos insinatu Diaboli (quem Tertull. Di-
vinitatis simiam dixit) multa è Judaismo quondam, (quicquid
etiam Grotius, Marshamus, Spenserus (1.), aliq. contra), in
Gentilismum derivasse, multi doctissimi agnoscunt Viri, in-
terq; alios Dn. D. Mœbius, (2.) qui suffragantes habet B.
Waltherum (3.) Lud. Capellum (4.), Bonfrer. (5.) necnon
Doctiss. Taubmann. (6.) Augustini insuper, Eusebiiq; consensu gaudentem,
Et. Ita in Christianismum etiam quam plurima ex ipso Gentilismo postea
irreperunt, frustra obviticente prudentissimo primorum Ecclesia Patrum
Zelo, Irenæi potissimum, (7) Tertulliani, (8) Chrysoctomi (9), Augu-
stini (10.), Basilii (11.), Cyrilli Hierotol. (12.) Et. Conf. Concil. Laodic.
(13.) Ancyrantum (14.), ac Elibertinum (15.). Sic famosi istius Sancti M.
Christophori effigiem, in Veterum templorum vestibulis collocatam, originem
ex Gentilismo ducere (ubi Herculis statua ad fores sanorum ponebatur)
ostendit (16.) non ita pridem Excellentiss. Præceptor, ac Maximus Patronus
noster, Dn. Möllerus, quem diu Ecclesia ac Reip. Literar. ipsa ser-
vet

A

(1.) Qvi peculiarem Tractatum de legibus Ebræorum ritualibus, & earum
rationibus edidit, ibique hæc prolixè deduxit. (2.) in ipso Tract. de O-
rig. Orac. & in Dedicat. (3.) Vid. Officin. Bibl. s. 667. p. 508. 516. (4.) in Spi-
cileg. p. 178. (5.) Comment. ad Cap. 15. Judic. p. 375. (6.) Commentar. ad
Cirin Virgilii, Præfat. (7.) lib. 1. C. 23. (8.) in libb. de Corona militis,
de Spectac. & Idololatr. (9.) Homil. ad pop. Antioch. & in Cap. 4. Epist.
ad Galat. (10.) in Enchir. C. 39. & in serm. de Tempore ser. 241. (11.)
Homil. contra Ebriosos. (12.) Cateches. mystag. (13.) Can. 39. (14.) Can. 5.
& 7. (15.) Can. 34. enim addit, Franc. Sylvii apud Caranzam in Summa
Concil. p. 81. (16.) In Observationum Miscell. Septenario elegantiss. p. 36. med

*vet Salus! Sic fawi Icunculi, Agnus Dei dicti, quorum usus in sequioris
 atatis Ecclesiam se insinuavit, originem ex Paganismo trahunt, siquidem Pa-
 ganis usitatum fuerat, certas rerum, imò & obscurarum, imagines pe-
 fiori allegare, ut vel ex Macrobo. (17.) & ipso Varrone (18.) discimus.
 Quo de videri etiam potest Baron. (ad ann. Ch. 58.) ac ibid. Epitomator
 ejus, Spondanus, Confitens reus, ac imprimis Jo Bapt. Catalius (19.),
 nec non Voëtius (20.) Etiam Rasura & Corona Clericorum natales in Ethni-
 co videntur reperire soio, et si Casalius (21.) dissimulare id initio studeat,
 varias ejus rei allegans Causas, quare & ab Anieto P. ses. II. decreta illa
 fuerit: haud tamen obscure postea (Cap. sc. seq.) innuit, etiam Gentilibus
 eam suo modo fuisse usitatam, dum & ipse Bellarminus (22.)
 statuit, idèd solum Judæorum Sacerdotibus prohiberam fuisse rasu-
 ram, ne viderentur similes Sacerdotibus Gentilium, in quorum vicinia
 habitabant, qui toto capite raso idolis sacrificabant. Nec est, ut usum
 aquæ lustralis Pontificiorum, tacite cuidam (cum Basilio (23.) referamus
 traditioni, quam quidem Alexander P. I. Sec. jam II. solenni ex præcepit
 consecrandam, teste Corp. Canonico ipso (24.): Dum & Gentiles ante
 adorationem se aqua asperserunt, peculiari ad hoc ritu consecrata, quod
 videmus vel ex Hippocratis (Si modo ejus est) lib. de Morbo sacro,
 & Luciani Dialogo (25.): sic & apud Jul. Polluc. (26.) legimus: τὸ τῶν
 τῶν ἱερῶν τῆς ἱερῆς ἑστῆς καὶ ἱερῆς. Conf. Cœl. Rodig. (27.) Casal. quoque
 exhibet (28) ipsam Vasis Gentilium lustralis figuram, quò ipso & ipse
 apertè fatetur hoc & olim apud hos viguisse. Ut nihil nunc dicamus
 de Bacchanaliis, apud. Egypt. Græc. & Rom. ac postea apud omnes ferè
 gentes usitatis, à primis quidem Christianis aliquando abolitis, paulatim
 tamen iterum instauratis, ac postea in aliud tempus, scil. ex Januar. in
 Februar. translatis, ob solatium instantis tunc Jejunii Quadragesima-
 lis, ut protixè ostendit B. Quenstadius (29.). Multò nunc minus de iis di-
 cemus, qui, ut Hottingerus loquitur (30.), ex Gentilismo egressi, sua in
 Christianismum, mutatis tantum personis, invexerunt deliria, quorum
 satis longum idem nectit catalogum. Sed & racemus Processiones, Tem-
 plorum*

(17.) lib. 1. Saturnal. C. 6. (18.) lib. 6. de ling. latin. (19.) in de Veter-
 facris Christ. rit. C. 48. (20) Dispp. Select. P. III. Disp. 64. p. 934. (21)
 loc. cit. C. 49. (22.) Tom. II. Op. Controv. general. 2. lib. 2. de Monach.
 C. 40. (23.) Tom. II. Op. lib. de Spir. Sancto, C. 27. (24.) Part. 3. Decretal.
 de Consecrat. Distinct. 3. Can. 20. (25.) de sacrificiis, (26) I. r. Onomast
 C. l. n. 28. (27.) l. 2. lect. Antiq. C. 1. (28.) de Profan. Roman. rit. C. 15. [29]

plorum Sanctis factas Consecrationes, aliaque innumera, quæ originem
 Genitismo debere, ostendi forsitan posset, nisi ad illorum illud magis perti-
 nere videtur. *Scholas*, inter quorum Discipulos nostrum lubentissimè
 profitemur nomen; & si institutio nostræ ratio non iuberet aliud. Ad nostrum
 quod propius spectat institutum, ex eodem sanè censu est solennis iste
 Concionibus Ecclesiasticis quondam applaudendi ritus, quo de rellè
 Quenstedius (31.): Olim applaudendi & acclamandi mos, à profa-
 fanis Gentilium Orationibus ac theatris ductus, diu hæsit in Concioni-
 bus Ecclesiasticis. *Quæ verba omnem banc in rem quadam medicandi
 prorsus præbuere ansam. Hoc itaque de argum, more Academico, pro
 tenuiore ingeni modulo, agemus plusculis, id unicum præfati, quod, si
 accuratè satis argumentum hocce non tractaverimus, uti haud spondere,
 sustinemus, veniam apud æquum bonumque Lectorem speremus facilem.*
 Nos quidem quadantenus Rabbi Don Jizchak Abravanel, diversorum
 Hisp: ac Portugall. Regum quondam primarius Minister (32.), solabitur,
 inquitens (33.): **ל חיוב המורה בחציון שי בונה**
באמצע המטרה כדיוק כפי בני אשפתו דו לו כשתקרו
המטרה אל. e. Non tenetur, qui jaculatur sagittis, ut mittat in me-
 dium scopi accuratè omnes sagittas Pharetræ suæ, satis est ipsi, utcum-
 que si eastorquet ad scopum. Interim, sicut in pilæ ludo (verba sunt
 Cl. Lipsii (34.), quæ à Plutarcho eum ferè deprehendimus mutuasse) al-
 terius est commodè mittere; alterius, etiam si quid peccatum est, quàm
 bellissimè excipere: Sic a qui Lectoris est, flectere quadam in partem benig-
 niosem. Nunc ad rem, sed Pythagoram monentem audimus (35.)

ἀλλ' ἔρχεσθ' ἔργον

Ἰσοῖστί ἐπευξάμεν τὸ δέιστι.

Quare Summum ante omnia Numen, ut feliciter nobis ad sit, submisse
 veneramur.

הקונוה הכללה
 Summaria ostendens.

§. 1. Remotio aliorum applausus & acclamationis generum apud Ve-
 teres, de quibus nunc non agendum. §. 2. Recitatio lucubrationum apud Vei
 recepta, & quidem Poëtarum Græcorum, §. 3. Latinorum, §. 4. Oratorum,

A 2

Histo-

Antiquit. Bibl. & Ecclesiast. C. II. n. 27. (30.) in Pentade Dissertat. Miscell.
 p. 111. [31.] Ethic. Pastoral p. 241. Mon. 36. [32.] Vid. præfat. in
 הישועיה (33) Comm. Dan. fol. 123. Column, ב (34) ex Præf. in libr.
 Politicor. (35) in Carm. aur. V. 48.

Historicorum ac Aretologorum, tam Græcorum, §. 5. quàm Latinorum.
 §. 6. *Transfretavit hic mos primum ex Græcia in Latium, hodie tamen*
vel votis revocandus, ob insignes usus. §. 7. Recitatio illa vel privata fuit,
vel publica. §. 8. Invitabantur audituri: Voce, Codicillis, libellis. §. 9.
Locus recitationis laudatæ. §. 10. In specie de ipso nunc applausu eumque
institiendi ratione. §. 11. applausus etiam aliis verba facientibus, præter
suprà dictos, factus, §. 12. formula in his applausibus frequentata. §. 13.
Magnus applaudentiæ strepitus & clamor, ut & exosa applausus intermis-
sio. §. 14. Quando, an in sine solùm, vel & in medio applausum sit? §. 15.
fraus declamantium, in plausoribus conducendis, Laudiceni, μετόχορ,
Plaudite, Dixi. §. 16. Ars certa in applausibus & adhibita §. 17. Nec Judæa
plane hic applaudendi mos exulasse videtur. §. 18. Transitus ad ostendendum
applausum hunc in Ecclesiâ olim iraductum §. 19. Applausus populi in
ver. Eccles. ad Conciones sacras. §. 20. Ambitiosi Traductores hujusmodi ap-
plausus tunc amatores. §. 21. Ejusdem alii strenui Ofores. §. 22. Abroga-
tio ejusdem §. 23. Usus præsentis differat. ostensus, §. 24. Epilogus.

§. I.



Nunc in amplissimum illud mare nunc nos immitemus, ut
 de omnibus applausibus acclamationibusque in omnibus
 etiam actibus publicis olim adhibitis differamus. Quis
 enim ignorat, Regibus ac Imperatoribus &c. quondam,
 recens creatis, aut triumphum ducentibus, ut & alias sæpè,
 acclamationes ac applausus esse editos? Qvò Sa-
 lomonis exemplum pertinet, (36.) de quo sacræ loquu-
 untur paginæ; nec non Josephi, cui applaudendo acclamabatur כִּכְרָן
 (37.) (qvâ de voce quid videatur nunc non dicemus, vid. interim Fesse-
 lius (38.)), Imò Salvatori, Regium introitum Hierosolymis celebranti, ac-
 clamatum novimus (39.) נִנְּעִין vel potius (quia non Syriaci, sed Chal-
 daici Idiomatis tunc ibi usus erat) נִנְּעִין filio Davidis. Hinc Sueton.
 (40.) de Domitiano: *Acclamari etiam in amphitheatro epulari die liben-*
ter audit: Domino & Domine feliciter! Conf. Idem in Nerone (41.) Huc
 & refer illam formulam, maximis elatis clamoribus in aula Constanti-
 nopolit. proferri solitam: *πλυχρόνιον ποιῆσαι ὁ θεὸς τῶν ἀγίων βα-*
σιλείας σὺ εἶς μὴδὰ ἔτη, &c. notante Georg. Condino (42.). Conf. Co-
 rip-

(36.) I. Reg. I. 39. (37.) Gen. XLI. 43. (38.) *Advers. Sacr. lib. 9. p. 377.*
Conf. alios ibi allegatos. (39.) Mart. XXI. 9. (40.) in Domitian. C. 13. (41.)
Cap. 25. (42.) in offic. aula Constantinop.

rippum African. [43.] Migrasse quoque talem plausivam acclamationem postea in Conventus Ecclesiasticos, constat. Nota sunt in prisca Eccles. contra Hæreticos Patriarchis & Imperatoribus factæ acclamationes; ut & in fine Conciliorum, quibus de *Baronius* (44.) passim, & in *Conciliorum Tomis* multa sunt documenta, Vid. saltem *Arndii Lexic. Antiquit.* [45.] Nec non electis ordinatisque *Episcopis*, quo de ritu vide *Carol. du Fresne*. Sic habemus in *Actis ordinationis Eradii*, ubi hunc *Augustinus*, ætate jam provectior, apud clerum populumque successorem sibi dixit, quantum applausus quanta acclamatio secuta fuerit. Conf. *Baron.* (47.) Nec non in *actis Syn. Ephes. Oecum.* III. *Celestino* & *Cyrillo* acclamatum esse venustissime reperimus. Quibus acclamationibus non dissimiles, quas in alia Synodo factas refert *Evagrius* (48), quales in *actis Conciliorum* habentur plures. Quomodo & alias, in funeribus collecto cinere consumpti jam Cadaveris, *ilicet Ultimum Vale* acclamare soliti sint Romani, observat, ex *Varrone* & *Servio*, *Zuingerus* (49.) sic & in nuptiis olim voce marique acclamationes applaususque edebantur apud Rom. quo de pluribus *Demsterus* (50). Nec non acclamatione ac plausu à populo ibi significabatur, legem recens latam gratam esse vel ingratam, observante *Rosin.* (51.) Tacemus & de applausibus in *Theatris* editis, quibus gladiatorum facinora extollebantur, & in *ludis Circensibus* consuetis, de quibus vid. *Cassiodorus* (52.), ac si qui alii fuerent applaudendi ritus. Nos verò his omnibus missis, solum *solemnem publicis actibus declamatoris applaudendi morem spectamus.*

§. II. Ut verò hunc morem altius repetamus, observamus ante omnia solitos fuisse Veteres Poëtas, Oratoresque, ac Historicos, quicquid lucubratorum elaboraverant plerumque loco in publico, antequam ederentur, prælegere ac recitare. Et quidem de Poëtis ut prius dicamus, (quia, ut ex *Strabone* *Plinio*, docet *Hoffmannus* (53), ligata oratio soluta fuit prior;) De Græcis nullum est dubium, quòd laudis gloriæque admodum

A 3

avari

(43) de laudibus *Justinii Augusti* l. 2. Num. 6. Vid: *Demsterum* in *paralipom. ad antiquit* *Rosin.* l. 5. c. 5. p. m. 714. seq. adde *Casali* *l. c.* p. 485. seq. (44.) in *Annal. Eccles.* (45.) pag. 272. (46) in *Glossario*, voce *plaudare*. (47.) *Tom. V. Ann. ad ann. 426. n. 7. seq.* (48) *lib. 2. c. 17.* (49) *Tom. I. lib. 3. pag. 251. Theatr. vit. human.* (50) *Paralipom. ad Antiq. Rom.* *Rosin.* *lib. V. c. 37. p. 973. b.* (51.) in *Antiqq. Rom.* *lib. VI. c. 13. p. 1042. f. (52.) lib. 3. Ep. 31. (53.) Lex. Univers. Contin. Tom. II. p. 309.*

avari publicè sua recitarint Carmina, suasque quas composuerant fa-
 bulas; ac sæpè inter semetipsos ita decertarint, testibus interprete
Aristophanis, (54.) & *Aristotele* (55). Sic *Euripides* Tragicus LXXV
 Tragædias scripsisse, & solis V. modo vicisse, toties ab ignavissimis
 etiam Poëtis superatus, dicitur à Gellio (56) ex *Varonis* testimonio:
Et Menandrum Comicum CX. fabulas composuisse, ex iis verò, solis octò
 vicisse, idem auctor testis est (57.), victumque eum à *Philemone* sola
 iudicium invidià, unde & illi obvenienti dixerit: *Quaso Philemon,*
bonà venià dic mihi, cum me vincis, non erubescis? *Æschylum* verò à
Sophocle adhuc juvene in hujusmodi certamine Poëtico victum, in
 Siciliam præ mærore abiisse, ibique circa Gelam humatum esse, *Plutar-*
chus (58) perhibet. Sed & postea involuit mos, ut histriones, initio
 unus, dein verò plures adhiberentur, qui quæstus dulcedine titillati, ea,
 quæ Poëtæ composuerant, recitarent, Poëtarum quæ famuli, qui iis in a-
 gendo operam ita locabant, ubi in precio Comœdia & Tragœdia esse cœ-
 pisset, quò de intelligendus *Aristoteles*, *Histrion*, (59) inquit, *simul Scer-*
tator Simulator est. Huc pertinent *Rhapsodi*, qui ex veterum quorun-
 dam Poëtarum Carminibus partem aliquam excerptam recitando applau-
 sibus emendicabant auditorum, horum maximè illustres fuerunt: *Anafion*,
Cleomenes, *Hegesias*, *Hermophantus*, &c. quorum aliqui non *Homeri*
 tantum, sed & *Hesiodi*, *Empedoclis*, *Archilochi*, *Mimnermi*, *Phocyllidis* &
 pronuntiabant Poëmata, Vid. *Atheneus* (60).

§. III. Sic & in Latio hanc Poëtis viguisse reperimus consuetudinem,
Petrus ea Rome, inquit, *Lipsius* [61], saltem inter Poëtæ, quod unum tunc, aut
 præcipuum genus Scriptorum; & reperio, apud *Valerium*, Collegium Poë-
 tarum jam liberà Republ. fuisse: *Quid, nisi ut recitarent inter se, judicaren-*
tur, & judicarent? Et mansit etiam postea Schola Poëtarum, quam *Marti-*
alis nominat bis ter, & agnoscit, *Ovidius* hòc amplius, etiam diem fuisse, quò
 convivia annua agerent, ipsis Liberalibus. A primo quippe bello Punico
 statim Poëseos Latine rudia licet quædam initia, & hunc simul morem
 obtinuisse, ex fabulis istis, quas *Livius Andronicus*, haudque longè post
 eum

(54.) *In Proëmio*, (55.) *lib. 3. Rhetoricor. C. 1. & lib. de Poët.*
C. 9. Vid. Pfeiff. antiq. Græc. p. 158. (56.) *Noët. Attic. L. XVII. C. 4.*
 (57.) *loc. cit. ex Apollodori Chronico.* (58.) *in vit. Cimon.* (59.) *Sec. 19.*
Problem. 15. (60.) Lib. 14. C. 7. Laudatus à Salmasio in nott. ad Solin.
p. 867. seqq. (61.) Epist. Cent. 2. ad Belg. Ep. 48.

eum *Cn. Nevius* populo dedisse leguntur, constat. Et tanta posterioribus temporibus erat Poëtarum, Romæ ita recitantium, frequentia, ut nulla non fora nulla non non ambulacra perfreperent. *Juvenalis* inter summa Romæ refert incommoda (61.)

Augusto recitantes mense Poëtas.

Et *Horatius* hæc inuivit, ubi canit (62.):

Et quodcumq; semel chartis ille verit, omnes

Gessit à furno redeuntes scire, lacuq;

Et pueros & anus.

Hinc *Plinius secundus* (64.) suo de tempore; *Magnam Proventum Poëtarum hic annus culit*, &c. Quare & se excitatum *Juvenalis* fatetur, ut se continere diutius non posset, ita enim ille (65.)

Semper ego auditor tantum, nunquam reponam?

Vexatus toties rauca Theside Cœdri,

Impune ergo mihi recitaverit ille togatas

Hic elegos? impune diem consumserit ingens

Telephus, aut summi plena iam margine libri

Scriptus, & in tergo, nec dum finitus Orestes?

Nec ipsi Imperatores, de aliis ut nunc nihil speciatim dicatur Poë hoc à se alienum quandoque putarunt, cum de Nerone *Svetonius* (estetur) (66), recitasse eum Carmina, non modò domi, sed in theatro &c. Nec non de *Domitiano* idem (67.) memorat, quòd carmina publicè quoque recitavit. Observat tamen *Cl. Bartius* [68], etiam in Latio tunc quandoque nobilissimorum Poëtarum carmina ab histrionibus in theatrum illata, ut de *Virgilio* ex *Donato* (69) notum. *Ovidius* suis de scriptis testatur (70)

Et mea sunt populo saltata pœmata sæpe,

Sæpe oculos etiam detinuerunt.

Et, inquit porro *Barchius*, eorum opuscula magnosæpe veniebant pretio: unde de *Statio* *Juvenalis*:

Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven.

Erat autem hoc Pretorum, emere Poëmata, qui sanè sumtibuscum in reminimè parcebant, quod iterum ex *Ovidii* Carmine ostendit (71.)

Cumq;

(62.) *Lib. 1. Sat. 3. V. 9.* (63.) *Lib. 1. Sat. 4.* (64.) *Lib. 1. Epist. 12.*
(65.) *Sat. 1. lib. 1. init.* (66.) *in Vit. C. 10.* (67.) *in Vit. C. 2.* (8.) *Ad*
vers. l. 40. C. 12. (69) *Comment. in Virg.* (70.) *l. 2. Trist. ad August.*
(71.) *Lib. 2, Trist.*

Cumq; sefellit amans aliqua novitate maritum,
Plauditur, & magnopálma favore datur,
Quodqve minus prodest, pœna est lucrosa Poëtae,
Tantaq; non parvo crimina Prætor emit,
Inspice Ludorum sumtus Auguste Tuorum,
Emea Tibi magnò talia multa leges.

Sic & Plauti, Terentii aliorumqve Comœdiæ ab Hisfrionibus Theatro illatæ
sunt, qui ita, quæ Poëtæ faciebant, suâ dicendo faciebant (Phraſi Manilii). Atq;
in malum lucubrationum suarum recitatore[m] ita Martialis ludit (72):

Quem recitas, meus est, mi Fidentine, libellus,
Sed malè dum recitas, incipit esse Tuus.

Habebat enim carminum lectio diversas olim à solutæ Orationis numeris
leges, & præcepta peculiaria, cujus rei vera ratio vix hodie nobis suppe-
tit, hinc Plinius secundus (73.) suspicatur, operi prælecto precium ex
eleganti recitatione accessisse, velut fucatum: si modò, scribit ad Proclum,
mibi non imposuit recitatio Tua, legis enim sua viffimè & peritiffimè. Conf.
Thomas. (74.) ad Plin: quò & illa tendunt Ausonii (75.):

Tu flexu & acumine vocis

Innumeros numeros doctis accentibus effers,
Accentusqve impone legens.

Inde Plinius prælaudatus Carmina quædam recitaturus, quòd ipse malè
egeret, Encolpium, libertum suum, substituere meditabatur (76.). Qui
& talem Carmina recitandi peritiam, in Calphurnio Pisone adeò landan-
lo, insinuare videtur. (77.)

§ IV. Sed plus satis de recitatione Poëtarum, Græcorum pariter ac
Latinorum, quâ applausum popularem consecuti sunt: Oratores verò
quoqve, Historici ac Aretologi suas olim publicè ita recitabant lucubratio-
nes. Græcos quòd concernit, sic de Herodoto, inter alios, Musas suas in O-
lympicis ludis publicè pronunciantem, suggerit nobis aliger ille Scaliger
(78.): Quem Thucydides, adhuc juvenis, ita historiam suam publici
juris facientem audiens, in lachrimas solvebatur, stimulumqve sibi
senti.

(73.) lib. 3. Ep. 15. (74.) ad Ep. 19. l. 5. nott. (75.) ex
Eydill. 4. (76.) lib. 9. Epist. 34. (77.) lib. 5. Ep. 17. (78.) de re Poetic.
l. 3. C. 306, si rectè quidem hac olim excerptimus, nunc enim inspicere
non potuit.

sentiebatur addi, ut tantus postea evaderet Historicus. *Lucianum* quoque ad publicam hujusmodi recitationem respicere, certum est, quando (ubi de scribenda historia precipit,) *ὅτι ὁ λόγος πῆχθῃ*, ait, *ὡς δὲ μέτρον ἀκριβές, ἀποβλέπειν μὴ εἰς τὴν ὕψιν ἀκρίβεια, ἀλλ' εἰς τὴν μετὰ ταῦτα σωσιωμένην πῆχθῃ μάλιστα.* *Dialogos* quoque recitatos hoc modo esse, vel ex unico *Platonis* exemplo patet, qui presente etiam *Socrate*, dialogum de amicitia scriptum & *Lysin*, inscriptum, recitabat, de quo quoddam *Laërtii* Apophthegma extat (79.). *Orationum* ad recitationem, quod attinet, hęc & faciunt ipsius verba *Plinii* (80.), qui & eodem morem *orationes* etiam legendi exculat, quia *Orationes* quoque *nostri* quidam, ait, & *Græci* lectaverunt.

S. V. Idem *Plinius* (ut & ex *Latio* quosdam afferamus, qui *Orationes*, *Historias* &c. ita publice legerunt) exemplo tum suo, tum aliorum probare videtur (81.), etiam *declamationes forenses* postea, minimum inter familiares, fuisse lectas, ut, si publicandæ essent, vel sic adhuc emendarentur. Quamvis idem ille alibi (82.) multa causetur, quare hujusmodi *Orationes* recitandæ potius non sint: Quo ex loco patet, imprimis si & alium simul loc. (83.) respiciamus, rarius *Orationes*, ac non æquè libenter lectas, auditasque fuisse. Imò & *Sueton.* (84.) *Augusti* eo ipso laudare videtur *Φιληταίου*, qui & *Orationibus* ac *Dialogis* recitandis benignè ac patienter audiendo interfuerit; æquè ac *Carminibus* & *Historiis*, quarum aliàs potius solebant *Veteres* (*Phraſi Athenæi*) ἀναγνώσεις ποιῆσαι. Sed & de ipso *Augusto* idem *Tranquillus* (85.) laudat: *Multa enim variè generis prædâ Oratione composuisse, ex quibus nonnulla incatu familiarium, velut in auditorio, recitaverit, sicut RESCRIPTA BRUTO DE CATONE* (i. e. quæ contra Brutum scripta sunt de *Catone*) &c. *Claudius* quoque Imp. *Historiam* scribere *Adolescens* aggressus, frequenti eam auditorio commisit: in principatu quoque plurima scripsit, & assidue recitavit per lectorem, imò & *Græcas* scripsit *Historias*, τὴν ῥήνικῶν XX, καρχηδονιακῶν VIII, ut laudatus modò *Sueton.* memoriz prodidit. (86).

S. VI. Satis vero nunc liquet, à *Græcis* primùm, cum omni alia literatura, hunc recitandi (& consequenter *declamationibus* applaudendi

B

(79) in *Vita* (80.) lib. 7. Ep. 17. (81.) *Loc. cit.* (82.) *Epist.* 19. l. 2. (83.) *Epist.* 17. l. 17. quam suprà jam citav., (84.) *Cap.* 89. in *Vit.* (85.) l. c. *Cap.* 85. (86.) *Cap.* 41, & 42. in *Vita*.

(scd) mortem ad Romanos fluxisse; postquam (ut Poëta canit.)

Grecia capta serum Victorem cepit, & artes

Intulit agresti Latio.

Optandum tamen esset cum Lipsio [87], ut revocaretur laudabile illud institutum quod nunc dudum exolevit. Certe, ait ille, si quis mos hodie utilis in hac copia scribentium aut scripturientium, ille sit, vel sistendis quibusdam ingeniis vel dirigendis. O quam Optabile eruditorum & benevolentium - iudiciis sensibusque scripta & publicanda recensere, quod recitatio illa dabat, licebatque per eam

Egregio inperfos abstergere Corpore nevos.

Reste enim Theophrastus apud Diog. Laert: (88) αἰ ἀναγνώ-
σις πῶς ἰσχυρὰ ὄσκει. & jucundissimum utilissimumque hunc, emen-
dationis scilicet fructum Pinius ille non uno in loco (89) admodum com-
mendat. Unde, sublato abusu, usum maximum eius rei fuisse, & hodi-
enum esse posse, in confesso est. Et si enim ad consequendam gloria famam,
utpote quæ duabus potissimum ex rebus pendet, sc. perenni aere & ampli-
tudine, commodior multo sit scriptio, sive scriptorum per editionem pub-
licatio, (Cui Typographorum hodie inservire potest industria) præ hu-
jusmodi recitatione (quod facile concedi Cl. Thomasio (90) potest)
ad prius enarratos tamen usus maxime facit recitatio, quæ ipsam publi-
cationem, quæ per editionem fit, præcedere possit.

§. VII. Sed nec illud prætereundum, duplicem tamen fuisse hu-
jusmodi Recitationem, privatam sc. & publicam. Illa erat quæ domi so-
lùm inter amicos & familiares locum habuit; Hac publice inter plures,
advocatis etiam ignotis. Hac plus speciei & ambitionis; illa plus fructus
habebat, quam cum Lipsio, voto etiam nostro revocaremus. Sic & Horat:
Non recito cuiquam, nisi amicis. — Eo & animo Augustum fuisse supra, Sve-
sonij verbis, allatum est, qui nonnulla, quæ prosa Oratione composuerat, in
sæculi familiarium, velut in auditorio, recitavit. (91.)

§. VIII. Invitabantur verò audituriam recitaturis, vel voce, vel Codicillis
vel Libellis. Quod Vocem attinet eam ut ambitiosam satis ridet Arrhia-
anus (92), quam ita refert: ἄριστον μὲ οἴμεις ἐν ἀγοραγομίῃν ἐν τῇ
οἴκῃ & ἡδέεσθαι. Quæ erat ratio invitandi familiares, eosque obvios.
Alio

(87.) Epist. supr. cit. (88) in vit. Phil. Lib. v. Vit. Theophr
(89.) vid. l. 7. Ep. 17. libr. 5. Ep. 3. lib. 3. Ep. 7. (90.) in de Plagio Li-
terar. cap. 1. (91.) in Vita Augusti. Cap. 85. (92.) III. Dissert. Cap. 23.

Alii amici per scripta, sive per *Codicillos* monebantur, *epistolarum* olim vicem sustinentes, quod nos docet *Plinius* (93), de *Panegyrico* suo in *Trajanum* ita loquens: *Cepi non mediocrem voluptatem, quod hunc librum cum amicis recitare voluissim, non per CODICILLOS, non per LIBELLOS, sed si commodum esset, & si valde vacaret, admoniti, sedissimis in super tempestatibus, per biduum convenērunt; Quumque modestia mea finem recitandi facere voluisset, ut adigeram tertium diem, exegerunt.* Ubi & discimus, scēpē plures per dies lectionem fuisse continuatam. Discrimen vero hanc & elucet inter *Codicillos* & *Libellos*, illi enim ad familiares ac notos, ut dictum, mitti solebant, hi verò sparsim proponi in publico consueverunt, ut sic ad recitationem plurimi etiam convocarentur. Quo de intelligendus & ille videtur *Martialis* (94) versus: *Si re itaturus dederō Tibi forē libellum.* Ubi tamen *Doctiss. Barbis* addubitat annon recitatio legendum sit (95). Huc verò pertinent *Taciti* s. *Fabii* illa Verba (96): *Bassus cum toto anno unum librum excudit, Selu' ubrauit, rogare ultrò, & ambire cogitur, ut sine, qui dignetur audire; nec id quidem gratis, nam & domum mutuetur, & sussellia conducit, & Libellos dispergit.* Sed & inducebant alliciebantque audituros, principiis operum publicatis, velut ad gustum, de quo iterum nos dubitare haud sinunt illa *Pliniana* (97) *Nec alia ex causā principia liberorum circumferuntur, quā quia existimatur pars aliqua etiam sine ceteris esse perfecta.* Cum quibus, ut obiter id dicamus, aliquam forsan cognitionem habere videntur hodiernum in *Academiis* usitata *Disputatio*, num lectionumque denunciations, publicis factæ ex tabulis.

§. IX. Instituebatur verò hujusmodi *Recitatio* interdum in *edibus* privatis imprimis, nonnunquam & publicis, à tenuioribus, qui sat amplis destituebantur, mutuari solitis, ut dicebat modo (98.) *Fabius*. Et *Juvenal.* indicat (99.)

At si dulcedine fame
Succensus recitas, *Maculonius* commodat ades,
Et longè ferrata domus servire jubetur,
In quā sollicitas imitetur janua portas.

Ubi & falsè ridet *Poëta* janitores ad portam dispositos, ut vel intromittant

B 2

veni.

(93.) *lib. 3. Ep. 18.* (94.) *lib. 14. Epigr. 143.* (95.) *Advers. l. 21. c. 1.* (96.) *Dialog. de causis corrupt. Elog.* (97.) *Ep. 5. lib. 2.* (98.) *Loc. S. prac. cit.* (99.) *sat. 7. lib. 3. v. 38.*

venientes, vel excludant abituros, haud secus ac tempore motus bellici fieri assolet, ad urbis portas. Maculonus autem est dives avarus, notante Labino (100), qui etsi nihil aliud sumtum hujusmodi recitationibus impendere vellet, domum tamen suam magnificam, ad hoc, recitatio commodabat. Talis etiam

Clarum militia, FRONTO, 109 aequae decus
fuisse videtur, quo de alibi (101) Juvenal. meminit.

Frontonis Platani, convulsaque marmora clamant
Semper, & assiduo rupta lectore columna.

Haec dum Synechdochicè Platani, pro domo, vel horto in quo Platani, usurpantur; intelligenda erit domus Julij Fronsonis, uti à Tacito alicubi appellatur, aliàs & *Horatiana* dicta, in qua Poëtae subinde recitabant, unde *columna assiduo clamore*, vel strepitu plausuque auditorum *fracta esse, marmorag*, ipsius domus *clamare* dicuntur, qf. ex ista continuâ declamatione declamare didicissent. Sed & de *Nerones Suetonius* (102): *Declamavit & saepius publicè, recitavit & carmina, non modò domi s. d. in Theatro, cantâ universorum laetitiâ &c.* Unde patet publicam recitationem in Theatris & auditoriis etiam publicis habitam. *Apollinis Templum* quidam volunt, ex *Flacci* verbis:

Hæc ego ludo

Quæ nec in æde sonent resonantia,

Ubi *Lipsius* (103) observat, veterem quandam Scholiastem *Apollinis Palæini* ad eam intelligere: alium verò *Idem* in ead. interpretari in *Athenæo*. Huc quoque tendit *Capitolinus* (104) inquiens: *Processionem, quam ad Athenæum destinaverat, ut audiret Poëtam, disjulsit.* Simili etiam ratione *Sidonius* aliquoties in (*Epistolis*) meminit recitationis in *Athenæo* factæ. *Ad-* (105) dubito verò, num & *Lucus Martis* cujus *Juvenalis* meminit tale auditorium præbuerit, ut quidem vetus Commentator putavit, qf. insinuet Poëta illum *Lucum Martis*, qui Romæ in *Appiâ* fuerit, inque quo recitaverint Poëtae. Aliàs de *foro Trajani* certum est, ibi Poëtas sua recitare consuevisse, quod & *Barthius* (106.) observat, testem adducens *Venantium Fortunatum*, qui non alio urbis loco frequentius recitata fuisse Poëmata clarè docet (107). Quia verò *Claudius* sæpenumero ibi suos quoque *Panegyricos* elegantissimos dececinerat, ipsimet eo præcisè loco

Statuam

(100) ad loc. *Juden.* (101.) L. 1. *Sat.* l. 7. 12 (102) *Cap. X. in vit.* (103.) *loc. cit.* (104) in *Pertinace.* (105.) *loc. cit.* 7. (106.) *Advers. lib. 49. C. 1.* (107.) *lib. 3. Carm. 23. ut ea collecta sunt a Doctiss. Viro, Christoph. Browero.*

Statuam Impp. Arcadio & Honorio positam fuisse, nemini, paululum humaniori, notum esse non potest.

§. X. Sed nunc tandem, his de *recitatione Veterum* (quia eorum hic videbatur locus) præmissis, de ipso *applausu*, quem eò, quò nunc dictum, modò recitantes ab auditoribus subinde solebant consequi. Ut verò *applausus* ille eò intelligatur rectius, observamus, *Plaudere* propriè esse cum sonitu verberare. Unde statim intelligitur, exulare heic illam significationem, quam in barbaris seculis hæc vox, in *plaudare* transformatam, nacta est, quâ de Vid. *du Fresne* (108.) significationes speciales plurimas ut prætereamus (quibus applicatur ad equos, aurigas, avium strepitus, alis factos, &c.) illud solum dicemus, esse hoc etiam *textraicum* verbum, Græcis *σπαρῖον* vel *κπαρῖον*: Cùm illa *licium densus inculcant*, & cum *plausu* collidunt. Sic *dextrâ faciente frontem replaudere* i. e. repercutere, *Apuleji* Phrasus est (109.). Hoc verbum in Theatrum postea traductum est, significans ibi, *manus collidere*, & *strepitum ciere*; quo de mox. Et ex eâ significatione fuit compositum *applaudo*, in significatione *lætis vocibus vel plausibus gratulatoriis aliquid approbandi*: quod Græci efferunt per *ἐπισημαίνεσθαι* (quæ de Voce Vid. Lex. Græc. Basil. ex offic. Henr. Petrina, Budæi aliorumque studio collectum, (110) pluribus & *Isocrates* imprimis, ut alias, ita loco infra citando, per *ῥορυβῖν*. Potestque hæc vox in se complecti omnia, quæ in cœtu auditorum olim in recitantis laudem edebantur. *Clar. Casaubon*, ad *Theophrasti* *χρηστικῶν ἡδονῶν* (111) agens de signis istis, quibus in *acroasibus* istiusmodi veteres approbationem suam demonstraverint, tria facit eorum, sc. *silentium acientium*, (quò sine provocat in notis *Casaubonus* ibi ad nostrum *plin.* (112.)) (de quo verò nos nunc nihil) dein *certum aliquem corporis gestum*, & tandem *secundam acclamationem*. Posterioribus heic locus est, dum consideramus *applausus*, quorum *suprà* laudatus *Sueconius* certa quædam affert genera, (113.) sc. *Imbrices*, *Testes*, & *Bombos*. *Imbrices* erant certum genus *plausus*, factum ad similitudinem strepitantis super *tegulas pluviz*, quem sonitum voce *καχλάζειν* eleganter expressit *Lycopbron* (114.).

(108.) In *Glossario ad hanc vocem*. (109) *lib. I. Metamorph.* (110) in *Lexico*. (111) *Cap. περὶ τῆς ποταμίας* (112) *lib. 2. Ep. 10. lib. 5. Ep. 3.* (113) in *Neron. c. 10.* (114.) in *descript. Asludij*.

Ὅτ' ἡμέθους πᾶσαν ὀμβρέουσι χθ' ὄνα

Ζηῆος καχλάζωνασμός

Cum corruebat omnem humum Diespiritis

Rapax aqualis nimbus. Versioe latinâ, quoad datam quidem vocem, minus commodâ. Testæ certum plausus genus fuisse videntur, crepitum denotans, quem collisis testis edebant, quò referunt quidam verba, *Juvenalis* (115) - *audiat ille Tessarum crepitus*. Et cui *antea prolata de Imbricibus* non arrident, existimabit, *imbrices* similem aliquem usum habuisse, inque plausibustalem locum crepitaculorum non minus quam testæ, conchæ, acetabula & id genus alia, prestitisse. *Bombi*, quid sint, nemo nescit qui Græcorum *Βομβῶν* & *Βομβῶ* non nescit: *Homerum* fictâ hæc voce (â quâ & *ardeo*, deducunt *bombardam*,) sonum remorum, undas percipientium, exprimere constat. Hoc verò loco *Bombus* secundæ ac faustæ acclamationis genus est, voce Græcis valdè usitatâ, & hoc conjungebatur ab applausoribus cum ipsâ manuum & *ἐξυθάφων μυσική*. De manuum collisione passim. Unicum saltem *Plausi* locum producemus sat manifestum (116) quando grex vult, ut spectatorum quilibet *manibus clarè, quantum poterit, plaudat*. Sed & simul loco affurgebatur. Hinc reprehendit *Plin*: (117) coram amico, quod, dum liber absolutissimus recitatus esset, invitati surdis ac mutis similes audiverint, nec labra diduxerint, nec manum moverint, nec (ut fieri oportu- erat) etiam assurrexerint. Nec dubito, quin huc tendant quoque ultima *plausi in Epidico* verba:

Plaudite, valete, lumbos surgite, atque extollite.

Quandoquidem optima *Msc à Taubmanno* (118.) allata, sic legunt, *surgere enim ibi κατὰ συκοπῆν est pro surrigere, ut Virgil* (119) *Tot surrigit aures*. Hinc *Quintilianus* (120.) *at nunc*, ait, *pronaque succincti ad omnem clausulam non exurgunt modò, verùm etiam excurrunt, & cum indecora exultatione exclamant*. Superiora & confirmat, quod in *Orat. Themistii Euphradis* legimus (121): *Ἄγεθ' ὀνειδέ με, ὦ ἄνδρες, ἐπιθεῶς ἐχόντων ἔτι κρότης τε καὶ ἐκβομβήσεων, ἃν δ' ἀψιλλῶ μοι εἰώθετε χορηγεῖν ἐκείσοτε, ὅταν λέγω*. *Pœtatis* ne igitur, *O viri, me indigere adhuc vestro plausu, & acclamationibus, quibus me copiosè semper excipere consuevisi*

(115.) *Sat. II. v. 171.* (116.) *in fine Casina.* (117.) *l. 6. Ep. 17.* (118.) *not.*
ad l. c. (119) *l. 4. Æneid.* (120.) *l. 5. Instit. Orat. C. 2.* (121.) *Orat. cui tit. Sophista*

juvisti, quando declamo. Plura de plausu, quomodo sit editus, quodque
instrumento, docet etiam *Jos. Castalio* (122).

§. XI. Apparet verò, non quos supra attulimus solos illos esse, qui
recitando suas lucubrationes publicum auditorum applausum solebant
consequi: Nam & illo gavisi sunt *Oratores* ac *Philosophi*, qui memoriter
in & de certo aliquo negotio verba faciebant. Sic *Isocrates* (123) de
Philo Lacone orationem finiente inquit: ἔκ ἐθορύβησαν, ὁποῖόν ἐῳθεῖται
πᾶσι τοῖς χαρμέντοις διαλεγμένοις, ἀλλ' ἀνεβόησαν, ὡς ὑπερβαλλόν-
τως ἐρηκότες. Καὶ ὡσεὶ πάντες αὐτῶν, ἐπήσαν, &c. Huc pertinet *Plu-
tarchi* reprehensio (124) ὅρα γὰρ ἀληθῶς, οἷόν ἐστι, φιλοσόφῳ λέγειν ὅτι
δοπορεῖν τὰς ἐξώθεν ὑπὸ τῶν ἔνδοξοι βοῶντων, καὶ ἀλαλαζόντων, πέ-
περον ἀλλήντων, ἢ κινεῖσθαι ἢ ὀρχημένους πύδος, ὁ ἱππῆος ἐστὶ.
Qualia sunt quæ & dicit *Musonius* ap. *Gellium* (*). Qui Centumvirales causas
Romæ agebant, ac in judicio declamabant applausibus quoque mactabantur
ut *Plin.* testatur (125). Quid? quod *Plutarch.* [126.] etiam perhibet. *Epi-
curum* testari, à suis familiaribus ad epistolas quoque amicorum tales plau-
suum tumultu excitari, *Lucio Herodoti* Sed & ipsi *Herodi* *Cæsareæ* sin-
gulari quâdam facundiâ verba facienti, ut ex *Athens* (127.) patet, & (quod
Kinarienses Paraphrasi volunt, nec *B. Colov.* respuit, (128) ad Tyrionum
Syrorumque pacis postulata responsum publicâ Orat. in suggestu Theatri
proponenti, populus acclamabat, principum facientibus ex judicio *Gro-
tium*, ipsis aulæ assentatoribus, *ἦν Φωνή, καὶ ἐκ τῶν ἐρωτῶν* fortasse quæ dice-
rent. *הַר הַר* cum *Syrus* h. l. habeat *הַר הַר* observante enim *Tre-
mellio* (129.) Ebraei sæpè filiam vocis, pro voce cælitus demissâ adhibent.
Conf. ad hæc *Joseph.* [130] *Demosthenes* verò initio quidem, cum animum
ad declamandi studium appelleret, ita bis pro sperato applausu explosus
est, perhibente (ex *Plutarcho*) *Conrario* (131): quemadmodum semper, qui
malè dixerant, vel historionis partes ineptè egerant, exhibabantur, & cum
aliâs

(122.) *Observat. decad. 10. c. 1. laudante
Taubmanno, ad postrema verba Plauti in Truculento, quem nunc no-
bis non licuisse inspicere, dolemus. (123.) in Panathenæico. (*) Noct.
Attic. l. V. Cap. 1. (124.) Tom. 1. Moral. περὶ τῶ ἀκούειν. (125.) Lib. 2. Ep.
14. (126.) loc. cit. (127.) C. XII. 21. seq. (128.) *Bibl. illustr. ad b. l.*
(129.) C. 7. lib. 19. *Ant. Judaic.* (131.) in de actione Oratoriâ, c. 4. p. 25
Vid. *Plut. vit. Demosthen.**

aliàs manuum plausu faveretur, tunc calcibus pulleos tundebant auditores, à qua pedum suppositione, nostrum *explodere*, Græcorum *πτεροκρουεῖν*, aliter *κλάζειν*. Nos verò de his *explosionibus* & *exhibitionibus* nunc nihil, nec de aliis *panis* in malos scriptores ac Oratores olim statutis, de quibus aliàs eruditè, pro more *Ursinus* (132).

S. XII. Sed quandoquidem eò pervenimus, de ipsis vocibus formulisque applaudentium quædam adhuc aspergenda sunt. *Cicero* (133) suggerit nobis: *benè & præclarè*. Item *belle & festivè*. Græcos usurpasse suum *καλῶς, οὐ φῶς, ἀλλήθως*, rectè, sapienter, verè, ex *Plutarebo* constat (134) quibus vocibus jam *Socratem*, *Platonem* ac *Hyperidem* hoc in negotio ulos fuisse, testis Idem est (135) fiebatque id sæpè usq; ad adulationem, imò ad ravim, & ut *Vishor* alicubi loquitur, usque ad *vocis defectum*. Damnat verò *Plutarebus* eos (136), qui suo tempore *ξέναις Φωναῖς peregrinas & inusitatas voces* in auditoria introduxère, *θάως, καὶ θεοφορήτως, καὶ ἀπεσιτίως*, i. e. *divinitus, divino instinctu, & præclarior, quàm ut equari ab ullo possit* (quo cum fere congruit quod antea *Herodi* acclamatum diximus.) Nec non qui contra decorum personarum *Philosopho* acclamabant *δριμύτως, acriter; seni vero εὐφύως, ἢ ἀνθηρῶς ingeniosè aut floridè*. *Qui* jurejurando adhibito velut in foro dicentibus testimonia perhibebant. Sed porrò apud *Martial*.

Effætiè, graviter, eitò, nequiter, eugè, beatè.

Ut & *grande Sophos, magnum Sophos, inane Sophos* sæpiùs reperias, (137.) *Τὸ σφῶς* verò i. e. *Sapienter, Sophistis* imprimis acclamatum est, quales olim non solùm *Philosophi* omnes dicti, auctore *Cicerone* (138.) Sed & *Rhetores*, docente *Gellio* (139.) qui res omnium opinione *incredibiles* sibi tuendas existimarunt, aut contrarias refutandas; quique ingenii, vires, eloquentiæque flumen in re naturâ suâ exili, & ob improbitatem ac tenuitatem non satis ad dicendum idoneâ, speciosâ & ad pompam elaboratâ Oratione ostendere gestiebant. Ita *Fausus* de somno, *Favorinus* de deformi *Thersite* & febris quartana, *Dio Prusæus* de *Psittaco*, *Polyrates* de *Muribus*, *Synesius* de *Calvitio*, *Aristophanes* de *Paupertate*, *Pittacus* de *Mola*, alii de *Pulice*, *Podagrâ*, *Surditate*, *Cæcitate*, apud *Philostrat*. (140) copiosè dixerunt, ostensuri, *ὡς* verba *Isocratis* (141) sunt

(132) *Analect. Sacr. Volum. 2. l. 2. n. 4.* (133) *Lib. de Orat.* (134) *ὡς ἐκ ἀκρίειν* (135) *loc. cit.* (136) *l. cit.* (137) *l. 6. Epigr. 48. & alibi.* (138.) *Lib. 4. quæst. Acad. al. 2.* (139.) *lib. 17. Noct. Att. c. 12.* (140.) *In vitis Sophist. de vit. Apollonii, l. 4. c. 9.* (141) *in Helenes encomio.*

sunt) ἐπεὶ πικρῶν παραμυθῶν ἔχουσι ἢ λέγειν, ὡς τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν παρὰ τὸ εὐποροῦσθαι, se cum de rebus adeo improbatas verba suppetere, ad res praeclaras probatasq; exponendas luculentia oratione facile abrendituros. Hi vero, laudis plerumq; nimis avari, plausores quandoque subornabant, qui σφῶς illud bellè ingeminarent, ideo σφοδρῶς dicti sunt, Plinii saltem ætate, Vid. §. XV. infra. Similis applaudentium vox erat: egregiè dixisti, quo sensu Φῶς acclamatum est Rhegiori Carthaginensi, apud Tertull. (142.) Item Pape ac Ουᾶ, similiter θαυμασῶς, i.e. admirabiliter, quæ proinde jungit Arrhianus (143) subint. ἐγρηκός, dixisti vid. pluribus Vossius (144)

§. XIII. Tantus verò sæpè erat applaudentium strepitus, ut inde, dicente alicubi Sidonio, (145.) crepitanter Athenæi subsellia cuneata quatrentur. Et, ut iterum Eschicus ille Poeta (146): assiduo rupta le-
Et ore columne. Ac sanè, si vel mediocriter recitanti quis non applausisset, vitio id datum esse, certum est. Certè Plinius noster [147] non potest non indignationem suam effundere coram Restituto suo. Recitabatur, ait, liber absolutissimus: hinc duo aut tres, ut sibi & paucis videntur, diserti, surdis multisq; similes audiebant. Non labra diduxerunt, non moverunt manum, non deniq; assurrexerunt. — quæ tanta gravitas? quæ tanta sapientia? quæ imò pigritia, arrogantia, sinisteritas ac potius amentia? Nec aliter Plutarch. jam laudatus (148): βάρυς μὲν γὰρ ὁ ἀσπροατῆς καὶ φορτικός, ὁ πρὸς πᾶν ἀτεκτὸς, καὶ ἀτρυχὲς τὸ λεγόμενον, οἴματ' ἰσχυρὰ καὶ περὶ αὐτολογίας ἐνδεδεγμένον, ὡς ἔχων τὶ τῶν λεγομένων βέλτων εἶπεῖν. Molestus est enim & importunus Auditor, quinulla orationis parte moveatur, repletus fastu quodam, invidiâ suffusa, & in sua sui solius approbatione, veluti qui aliquod de iis, quæ dicuntur, melius dicere se posse, pre se ferat. Et postea gravissimus hic morum Censor subdit, talem silentio ac fictitia gravitate suâ venari opinionem constantis profundiq; hominis, qui laude

C

perinde

(142) Contra Valentin. c. 5. (143) loc. supr. cit. (144) de art. Gramm. l. ult. C. ult. fin. (145) in Epistolis (146) Juvenal. sat 1. v. 13. (147) lib. 6. Ep. 17. (148.) loc. cit.

de perinde, atque pecuniâ, se ipsa in ea privaturum putet, quam alteri imperiast.

Et si verò hicce applausus aliàs circa finem plerumque finitâ recitatione adhiberetur, intermedio silentio: Interdum tamen in medio recitationis cursu, præsertim ubi quid elegantius prolatum esset, imò & scæpe ubi non, contigit. Ea est *Plurarchi* iterum indignatio (149) qui peccare illum etiam dicit in auditione, qui nihil interponens iudicii, sed cuius voci, ac ferè syllabæ infistens acclamat & talem plerumque ne ipsi quidem recitanti probari, auditoribus quoque molestum semper esse, dum excitet eos vel invito sidentidem, & quasi vi obtineat, verecundiâ tracti, unâ adstrepant.

§. XV. Illud verò malè, quòd interdum id genus operas conducerent recitantes, *præca illa gloriæ animalia*, ut eos appellat *Isidorus Pelusiota* (150.) applausuumque nimis cupidi, jam antea applausores sibi præparantes subornarent, ut jam in §. XII. tangebamus, Videbimus idem mox de *Herone*, ex *Sueton.* (151) quòd is certos in *Theatro dispositorie juvenes, inter agmen divisos, qui diversa plausuum genera ad hoc edidicerant* ut ipsi applauderent. *Clarius Dio Cassius* apud *Job. Xiphilinum*, ejus Epitomatorem (152.) ἦν π καὶ ἴδιον αὐτῶ σέσημα ἐς πεντακισχίλις σπατίστας παρεσκευασμένον, Ἀυγύσται π ὠνομάζοντο, καὶ ἐξήρχον τῶν ἐπαίνων, ἠναγκάζοντο ἢ σφίσι καὶ ἄλλοι πάντες ἔκαστους πλὴν τῶ θεαστῆ ἐκβαῖαν. Sic & *Juvenal.* (153.) alioquem ita rodit:

Scit dare libertos extremâ in posse sedentes

Ordinis & magnos Comitum disponere voces.

Ubi innuit, solitos fuisse inter auditores disponi, qui insigniter applauderent recitanti. Nempe isti exordiebantur applausum, aliosque ad idem illud invitaturi modulatè laudabant, *Sporulis* ad id quandoque conducti, aut *cænis*, à recitante promissis, quod idem *Satyricus* notans (154) *Fessidium*, *Causidicum* ita mordet:

Quærio (sc. clamore) *Fessidium* laudat vocalis agentem *Sporula*.

Hinc *Plinius* (scæpe jam laudatus in hæc talia ita detonat (153):
Sequuntur auditores, ætoribus similes, conducti & redempti
man.

(149) *Cit. Comm. de auditione* (150) *lit. 1. Epist. 374.* (151) *in vit. C. 20. Vid. infra §. XVI.* (152) *in vitâ Neronis.* (153.) *l. 3. Sat. 7. v. 42.* (154.) *l. 3. Sat. 13. v. 32.*

manicipes. Conveniunt mediâ basilicâ, ubi tam palam sportula, quàm in
 triclinio dantur, ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iam
 non inurbane *ἠορλαῖς* vocantur (quod Pœta isti Græco fuerat proprium
 nomen, his autem scite applicatur, *ἄπὸ τῆς ἠορῆς καὶ ἠορλαῖδων*) iis-
 dem Latinum nomen impostum est, LAUDICENI (quod etiam no-
 men quondam eorum, qui postea *Laodiceni* dicti sunt, proprium fuit,
 ad quod similiter alludebatur, dum sic appellarentur à *Laudedicen-
 da*, voce Græcæ isti respondente, etsi non ignoro, magnos etiam
 viros *Laudicanos* heic legere, quod ita *laudantibus* cœna promittere-
 tur) & tamen crescit indies fœditas, utraqve linguâ notata. Hæc
 duo nomenclatorum mei ternis denariis ad laudandum trahentur,
 tanti constat, ut sis disertissimus. Hæc precio quamlibet numerosa
 subsellia implentur, hæc ingens corona colligitur, hæc infiniti clamores
 commoventur. Cum *μεσόχορ* dedi signum; Opus est enim signo apud
 non intelligentes, ne audientes quidem, plerique enim non audiunt;
 nec ulli magis laudant. Si quando transitis per basilicam, & voles sci-
 re, quomodo quisque dicat, nihil est quod prabeas aurem, facilis
 divinatio, sicut cum pessimè dicere, qui laudabitur maximè. Sed quid
 sibi modò volebat *μεσόχορ*? Denotat hæc vox (suspicante *Salmasio*
 (156) ex *Hesiodi* vocibus: *χορῶ ἐνὶ μέσσω* conflata) eum, qui medius
 in choro existens, s. in turbâ pede aut manu percussâ quandoq; si-
 gnum solebat dare concinendi & sic præcinere, reliquo agmine acci-
 nente, ac simul applaudente. (vid. quæ s. seq: notamus) Quâ de voce ac-
 re, ne dicere multa habeamus, facit *Hoffmann*. (157), qui ad hanc vocem
 plura. Taxat autem inanem hanc *κενοδοξία* non heic solum *Plinius*,
 sed & passim alii Gentilium Magistri, *Seneca*, *Epicætes*, *Arrianus* (quem
 vide sis l. c.) &c. Ad hunc interim applausum eò magis captandum,
 inventa est illa quoque Veterum histrionum clausula notissima: *Plaudite*,
 quâ spectatores, edito prius applausu, dimittebantur. Quod & in *Teren-
 tij* Comœdiis perpetuum est, qui tamen non tam latè se effundens in hæc
 formula quàm *Plautus*, solo verbo *Plaudite* plerumq; contentus est. At
Plautus uno & item altero versu scœpè plausum ita dari, variis adhibi-
 tis verborum figuris, jubet, ut in fine *Casina*, *Poenuli*, *Captivi*, *Cistellarum*.

phier. &c. Et observamus alicubi (scil. *Captiv. Astuar.* collato tamen
 heic *Barthio* (158) lectionem ibi dubiam faciente) certo gestu, ac ex-
 presso fortè manuum signo adhibito, spectatoribus præitum esse & sic
 applausum quasi præscriptum. Ita *Augustus* *Cesar* moriturus, antea
 amicos percontatus: *Ecquid ijs videretur mimum vitæ commodè trans-*
egisse? à *Suetonio* dicitur (159) *adjecisse & clausulum* (sc. *qualis, hystrio-*
num erat in fine fabulæ, & *qualem* *Lucianus* (160.) *πρόβα κρηύων*
vocat) *Δόν ἡρόμν, ἤνι πῶτος ὑπεῖς πᾶν ἡρώος κωνήων* (prout
 qui dem in vulgatis solùm legitur editionibus) i.e. *Edite strepitum, vosq;*
omnes cum gaudio applaudite. Sed de voce *Dixi*; forsan & hæc apud O-
 ratores olim talis esse potuit, quâ pronunciata auditorum applausus so-
 lebat; sequi: *Esti illam non ut hodie, in fine Cujusvis Orationis adhibi-*
tam olim fuisse, docet Pollerius (161.), sed solùm in *Orationibus* forensi-
 bus, & quidem istis, ubi aliquis postremus dicebat, nemine amplius in il-
 læ causâ dicturo, quando sc. *Judici dicenda erat sententia.*

§. XVI. Soliti verò interdum, posterioribus imprimis tempo-
 ribus, *artem*, adhibere, in applausibus hujusmodi, ut vel ex *Panegyrica*
Pliniano (162) discimus, & ex *Tacito* (163.) quæ plaudendi acclamandiq;
ars olim non æqvè fuerat, teste Ovidio; (164)

In medio plausu, (plausus tunc arte carebat)

Rex populo præde signa petenda dedit.

De istiusmodi applausibus etiam ad *numerum* fieri solitis ad-
 scribamus etiam ista ex *Corippo*, qui de *Theatricis* plausibus ita ca-
 nit (165);

Excutiunt plausus, studiorum gaudia surgunt,

Alternisq; sibi respondent agmina ditis,

Emittunt dexteræ pariter, pariterq; reponunt.

Huc pertinent *ῥόθμικα* ἐκβοήσεις, quas Græci dixere, quasque
 fortè etiam indigat *Tranquillus*, dicens (166.) *Quinque amplius mil-*
lia (Nero) è plebe robustissima juventutis undique elegit, qui divisi
in factiones, plausuum genera condiscerent, (bombos & imbrices &
vestis vocabant) quibus de nos jam suprâ. Sic igitur non temerè, quid
 quis-

-
- (158.) *Advers. l. 44. C. 16. fin.* (159.) *Cap. 99. Vit.*
 (160.) *in De monachæ* (161.) *de Histor. for. Rom. l. 1. c. 12.*
 (162.) *In Trajan. initio.* (163.) *lib. 16. Annal.* (164.) *l. 1.*
de art. Am. (165.) *lib. 2. (166.) Vit. Neron. C. 20.*

quisque vellet, acclamabat, sed, ut in choris, erat, cuius vox ce-
teris praeiret. Hic formulam acclamationis concipiebat, reliquâ tur-
ba nil nisi acceptas ab eo voces reddente. Ars verò adhibita est & in-
conciipiendis istiusmodi acclamationum formulis, quas idem Plinius
[167.] *Cantica* appellavit. (Ubi quidem *alii canit* legunt.) Sic & in ac-
clamando modulatione utebantur applaudentes, canentibus haud
absimiles. Atque ut in rusticis quibusdam cantilenis idem strepitus
repeti aliquoties solet, ita sapius & haec eadem ingeminabatur formula,
quam toties sonabant resonabantque. Quale quid vel imprimis ta-
men in applausibus Principibus factis usurpabatur. Pluribus de eis
Laelius Bisciola Italus, (168.) Nectamen alienum erit hoc quoque loco in-
ferere illa quae *Cassiodorus* quidem de *Circensibus applausibus protulit*, haec
nostra egregie illustrantia, sic verò ille: (169.) *soleis enim aëra ipsa
mellifluis implere clamoribus, & uno sono dicere, quod ipsas belluas
delectet audire: proferitis voces organo dulciores, & ita sub quadam
harmonia citharæ concantum theatrum per vos resonat, ut sonos
posse quilibet credere quam clamores.*

§. XVII. Sed & hoc vel obiter addimus, meminisse eiusmodi
applausus, etiam apud suos recepti, *Philonem* Judæum, qui ad supe-
riora videtur alludere, quando *attentum auditorium* dicit (170.)
auscultare uno eodemque habitu, intelligere se, nutu vultuque indicans;
*probare vero, hilaritate, & exporrectis frontibus: Interdum &
dubitare, hærereque, moto leniter capite, summoque dextra digi-
to.* Et paulò post dum inquit: *Ubi praeses visus esset rem bene tractando
satisfecisse auditorum desiderio, plausus pro palam editur ab omnibus.*

§. XIIX. His ita perlustratis, ostendendum tandem est, quo-
modo hinc veterum actibus publicis declamatoriis applaudendi mos
è foro in Chorum deinde protractus sit; i. e. quomodo ex hoc fonte, in
ipsâ *Christi Ecclesiâ*, patrum tempore, conceptum sit, *concionibus* etiam
Ecclesiasticis, more à profanis Gentilium Orationibus theatrisque du-
cto, ita acclamari vel applaudi.

§. XIX. Nimirum mos inoleverat in Ecclesia, primis ferè se-
culis, ut, si quid elegantius prolatum esset à Concionatore, plausus à

(167) lib. 2. Ep. 14. (168) in *horis subsecris* Tom. 1. lib. 8.
l. 2. laudante *Taubmano* in ultimâ nota ad *Truculentum* *Plauti*.
(169) lib. 1. epist. 3. (170) *Libro de Vita contemplatâ*.

populo excitaretur, manibus pedibusque testaturo, se annuere, Etiam in mediâ sæpe concione. Ac hujusmodi applausuum, quibus excipere & adeo interpellare concionantem solebant, crebra & inscriptis & in vitis Patrum passim est mentio. Audiamus hæc de re Hieronymum (171.) ita scribentem; *Cum in Ecclesia doces, vide ne tam populi clamor, quam gemitus excitetur. Laus enim concionantium in lacrimis auditorum sita est. Memini ego quod Gregor. Nazianz. Preceptor meus à merogaretur, ut exponeret, quid sibi vellet in Luca Sabbarum δὲ Ἐπιπέτωτος? respondit ille; Docebo te super hæc re in Ecclesia, in qua omni populi mihi acclamante, cogaris invitus scire quod nescis: aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus sulticia condemnaberis. Reperimus & hac de re apud Augustinum, avida; is inquit, (172.) multitudo (cognoscendi motu suo significare solet utrum concionem, intellexerit. Fiebat verò non rarò, ut plebs etiam ad ea ita applauderet, quæ ne quidem intellexerat, quod & ex Hieronymi verbis adductis, & ex Augustini increpatione videmus, populum inde reprehendentis, quòd etiam ante solutam quæstionem propositam applausisset, *Quid ait (173.) dixi? quid laudastis? Ecce quæstio est, & tamen laudastis!* Sic Baronius (174.) observat, *Pauli Emeseni Episcopi sermonem summo exceptum esse plausu;* Et postea plurimas applausuum formulas refert, quibus eum plebs profecuta fuerit. Præterimus heic applausus a Christianis ad Orationes Imperatorum Orthodoxorum sacris de rebus habitas, ita etiam editos, quos Baron. itidem annotavit, v.g. quoad *Constantin. I. (175.) & quoad Mariam. (186.) &c.**

§. XX. Erant quidem, qui his nimium quantum delectarentur in concionando applausibus, quos inter alios notat Chrysostomus, ita dicens (177.) *Multis multa faciunt, ut in publicum prodeant & concionentur, ac, si applaudentium multitudinem habent, quasi regnum adepti sint, exiunt gaudio: Si verò silentio sermo eorum claudatur, major illos ex silentio, quam ex gehenna mærorum incesstis. Imò eò res deveniebat, ut non deessent aliquando, qui solennes hujusmodi*
ab

(171) *Epist. II. ad Nepotian.* (172.) *l. 4. de Doctr. Christ. c. 10.* (173) *Serm. 47. de diversis. Vid. & aureos August. libb. de Doctr. Chr. pass. imprim. l. 4. c. 26.* (174) *Tom. V. Annal. ad ann. 432. n. 72.* (175) *Tom. 3. Annal. ad ann. 324. n. 80.* (176). *Tom. 6. Annal. ad ann. 451. n. 114.* (177.) *Homil. 38. in Acta ad Popul. Antioch. Tom. IV. Opp.*

ab auditoribus suis effragitent applausus, qualem Paulum Samosatenum etiam fuisse constat ex Eusebio (178.) qui de eo ita: *Ab auditoribus non favorem solum plausumque sperabat, sed & beatrix more oratoria moveri sibi expectabat, & vocem tanquam de caelis dari. Sed quis verò auditorum honestius & verecundius agens, ac amore nimio remperasset, is, velut injuriam faciens, patiebatur injuriam.* Et quid de Gregor. Nazianeno dicam? qui, cum Ecclesiam Constantino-polit. in Oecumenicâ Synodo II. ultro relinqueret, seque ab Episcopatu abdicaret, ad evitandas rixas, sic agebat (179.): *Grave est concionibus & ceteribus & publicis conventibus & plausibus his, a quibus quassæ penis in sublime serimur, & familiaribus & amicis &c. privari.* Non autem videmus quomodo ipse Augustinus etiam, ut à non nemine dicitur, hunc morem non invitatus tulerit, atque adeo non improba-verit (ex lib. de Doctr. Chr. (180.)) dum mox apparebit, quali ab usum hunc animo tulerit.

§. XXI. Cordatis Viris, Prudentissimisque Ecclesiæ Christianæ Antistitibus molesta nimis visa est hæc populi infania, quam & hinc omnibus reprehenderunt modis. Quam bene aureum illud Chrysostomus, (181.) *Credite mihi, vera dico, dum mihi applauditur, dicenti, per ipsum quidem tempus, humanum aliquod patior, & gestio, & exulto; postquam domum ingressus, plausores nihil adjucos esse, cogitavero, & si quid profecisse debebant, per plausum laudesque amisisse, doleo, gemo & lugeo.* Et rursus: *Plausibus mihi non est opus, non laudantium vocibus & tumultu.* Unum duntaxat volo, ut cum quiesce & intelligentia audientes, qua dicuntur, faciatis, hoc mihi pro plausu, hoc pro laudationibus. (Conf. Eund. in Hom.: 2. de Lazar.) Sicuti & Augustinus ad suos plausores (182.) *Laudastis, Deo gratias. Semen acrepistis, verba reddidistis, laudes ista vestra gravant nos potius, & in periculum mittunt, toleramus illas, & remimus inter illas; tamen, fratres mei, istæ laudes vestre solia sunt arborum, fructus queritur: Quorsum & spectare videntur*

(178) lib. 7. Hist. Eccles. c. 27. (179.) Orat. 32. (180) lib. 4. c. 26. *Conserris quidem potest Ej. lib. 1. Confess. C. 9. §. 19. & lib. X. c. 37. eum enim, antequam divina gratia radijs collustraretur fluxa etiam gloriæ amore laborasse, non negatur.* (181) Loc. cit. ad num. 177. (182.) Serm. V, de Verbis Domini illius in Evang. Matth.

dentur quæ supra ex *Augustin.* attulimus (183.) Eodem animo & *Hierom.* fuit, (185.) *Cum*, inquit: *in Ecclesiâ doces, vide, ne tam populi clamor, quam gem tus exciteetur. Laus enim concionantium in lacrymis auditorum sita est.* *Pie Bernhardus* (186.) *Illius Doctoris libenter vocem audio, quæ non sibi plausum, sed mihi plandum, moreat.*

§. XXI. Imò summâ ope nonnulli ex Patribus hîi sunt, ut, quia se gloriam suam querere videri nolebant, planè hoc omne abrogarent. *Chrysost.* audimus pro solita concionantem gravitate (187.) *Sæpius cogitavi, ponere legem, plausus prohibentem, & suadentem, ut cum silentio, convenientique decentia audiat, sed sustinete, oro, & credite mihi, si placet, hanc nunc legem firmamus; ne quis auditor plauat, quamdiu nos loquimur. Quibus ferè consonant, quæ modò adduximus [188.] Eiusdem verba: Sed & pertinent huc illa laudati *Chrysostomi* (189.) *Tacete, qui hæc auditis, vestrum silentium mihi mirò est gratius, quam plausus.* Hic certè vir referens, quomodo apud *Cæsarienses* abominabilem quondam morem pathetica orat. abrogasset, ait: *Egi quidem granditer, quantum valui, non tamen egisse me aliquid putavi, cum eos audirem acclamantes, sed cum stantes viderem; quippe austeriori ingenio, tot seculorum morem gravissimè suo improbavit tempore, & damnavit. Extant plurimæ Eius Homiliæ, quibus id agit, ut plausus acclamationesque omnes sacris ex Concionibus tollantur, quod, ut planè tunc fieret, cum Vir ille neque auctoritate sua, neque inusitatâ facundiâ potuisset obtinere, ipso tandem temporis tractu id correctum esse, eque piorum Synaxibus apud nos sanè sublatum, hodie merito gaudemus. Sed ut uberius his ad *Histor. Eccles.* pertinentibus nunc nos immittamus, debita, quæ nobis meritò est erga *Summ. Rev. Theol. Ordinem*, prohibet observantia, ad quorum id magis fortè pertinet Scholas, quorum etiam pace, quæ huc ex *Antiqu. Sacrà* adducenda fuerant, adducta sunt. Restat ut *usum Dissert.* nostræ qualemcunque subjungamus.**

§. XXIII. *Usum* qualiscunque nostræ Commentationis, ut
n. ultis

(183.) §. XIX. n. 173. & *Que lib. 4. C. 24.*) loc. *suprà cit.* ad n. 171. (186.) *serm. 59. super Cantica* (187.) *Hom. 3. in Acta.* quorum verborum & meminere *Cent. Magdeb. Vol. 2. Ceni. U. p. 361. C. edit. Luc.* ubi hujus ritus mentionem faciunt. (188) *ad §. preced. n. 181.* (189.) *Homil. 2. de Lazaro.*

multis evehamus, non est, alias fortè exhinc lux aliqua accrescere posset
 suprà laudatos autores profanos, s. externos, hujus rei mentionem inji-
 cientes, scrutanti. Nec non lumen affulgere hinc posset Ecclesiasticis
 scriptis, modo hanc in rem allatis. Quemadmodum ex abrogatione
 hujus rei *Veteris Ecclesie prudentiam* aliquo modo perspiciendi aliqua-
 lis posset constitui utilitas quam aliàs eleganti adumbravit Tractatu *Ve-*
delius. Sed & vel ex hoc argumento nostro Cautio præbetur, futuro
 Verbi Ministro sumenda, ut *sacram illam belluam, horrendum Dæmo-*
nem, pestem orbis terre, (ut inanem istam gloria aucupationem vocare
 (190.) haud dubitat Joh. *Chrysof.*) detestetur eò magis, aborminetur-
 que cum hoc ipso incomparabili Oratore, aliisque *ἀποστόλων* Patri-
 bus. Admodum difficile quidem is, quem sapius dedi *Chrysof.* (191.)
 judicat, omnem penitus laudis superare appetitum: ast longe graviori-
 bus doloribus eos esse obnoxios, qui cum illo desiderio in docendi
 certamen prodire soleant. Atque benè subdit: Electurum se potius in-
 numerorū barbarorū servitutem quam semel unius gloriæ inanis; quia illi
 captivis suis non præcipiant talia, qvalia ista suis subditis imperet: *Omni-*
um (ait vana gloria) *servus esto, animam contemnit, virtutem negli-*
gio, libertatem ridet, salutem tuam destruis, & si bonorum quid
feceris, non ad hoc facito, ut Deo placeas, sed ut multis ostentes, & co-
ronam, quæ benefacientes manet, perdas. Quid quaeso poterit hisce
præceptis crudelius fieri? Quò & pertinent, quæ graviter alibi (192.) incul-
 cat, nunc tacenda. At *Isidorus* benè, si, ait. *gloriam seclæris, eam sac-*
contemnas, sic fiet, ut illâ potiaris (193.) Vid. omnino heic, quæ *Spiz-*
zelius inculcat, in *Felice Literato* (194.) Quis verò nunc tam absurdus
 foret, ut laudari ambitiose cupiat ab homine (verba sunt) *Antonini* (195)
 qui se ipsum spatio unius horæ ter execrat; placere homini, qui neq. si-
 bi quidem ipsi probatur. Annon præstiterit pro eo, quòd quis (*Au-*
gustini Phrasi) *linguis hominum vana construit gaudia, Ambrosianam*
 illam *Ferrario* (196) teste, precandi formulam à concionaturo adhibi-
 D
 tam

(190) *Hom. XII. in Ep. II. Corinth.* (191.) *Hom. 17. in Epist.*
ad Rom. (192.) *Homil. V. in Gen. circa fin.* (193.) *l. V. Ep. 504*
ad Serenum Diaconum quendam (194.) *Comm. 3. §. 13.* (195.)
l. 8. de vita sua, n. 45. (196.) *l. 1. C. 8. de ritu sacrar. Conc.*

tam sapè repetere: *Obsecro Domine, & suppliciter Terogo, da mihi semper humilem scientiam, quæ adificet, da mihiissimam & sapientem eloquentiam, quæ nesciat inflari, & de suis bonis super fratres extolli. Pone quæso in ore meo verbum consolationis per Spir. S. tuum, ut bonos ad meliora valeam exhortari & eos, qui perversè ambulant, ad Tuam rectitudinis lineam revocare verbo & exemplo. Sicut verba, quæ dederis servo tuo, tanquam acutissima jacula, & ardentes sagitte, quæ penebrent & incendiant mentes audientium ad timorem & amorem tuum, per & propter Dominum nostrum Jesum Christum, Amen.*

§. XXIV Ecce Tibi, cujus æquanimitati hæc judicanda subiecta sint, benevole lector, ac benigne Censor, levissimum apparatus, quem hanc in rem extemporali sane operâ colligere nunc potuimus. Quod si speciosiora aut doctiora a nobis expectasti, curtam nimis suppellectilem nostram ignorasti. Si verò tamen qualiacunque hæc nostra, præter meritum quidem, non ingrata Tibi fuerint, est quod Deo, Præceptoribusque, feras acceptum. Nos verò, ne ipsimet *uvado Elias* jure argui, & dum de applausibus hisce rejiciendis & rejectis differimus, quasi applausum vanum venantes videri possimus, pro concessa divina gratia gratias refundimus immortales, eique soli, cum ardentissima conatuum nostrorum ipsa facta commendatione, laudem decernimus & gloriam, qui Principium rerum est omnium, Idemq;

FINIS!

